

Scire aliquid laus est. pudor est nil discere velle.
 Cum venere z baccho lis est. sed iuncta voluptas
 Quod lautum est aīo complectere. sed fuge lites
 Demissos aīo z tacitos vitare memento
 Quod flumē placidū est forsān latet altior vnda.
 Cum tibi displiceat rez fortuna tuaz
 Alterius specta quo sis discrimine peior
 Quod potes id tenta. nam litus carpere remis
 Tutius est multo q̄ velum tendere in altum
 Contra hoīem iustum noli cōtendere praue
 Semp eī deus iniustas vlciscit iras
 Ereptis opibus noli merere dolenda
 Sz potius gaude tibi si cōtingat habere
 Est iactura grauis q̄ sunt amittere damnis
 Sunt quedā que ferre decet patiēter amicū
 Tempora longa tue noli p̄mittere vite
 Quodcūq; ingrederis sequit̄ mors corpis vmbra
 Ture deum placā. vitulū sine crescat aratro
 Ne credas placare deum dum cede litatur
 Cede loca levis fortuna cede potenti
 Ledere qui potuit p̄desse aliquādo valebit
 Cum quid peccaris castiga te ipse subinde.
 Vulnera dum sanas dolor ē medicina doloris
 Damnaris nunq̄ post longum tempus amicū
 Mutarūt mores. sz pignora prima memento
 Gratior officijs quo sis mage charior esto
 Ne nomen subeas quod dicit̄ officiperdi
 Suspectus caueas ne sis miser omnib; horis